

Baucis et Philēmōn I

Dr. Stark

Latin via Ovid




Potentia caelī immensa et finem nōn habet. Quicquid
dī (deī) imperant, factum est. Dubitātisne, discipulī?



Nārrābō dē duābus arboribus, dē tiliā* et quercū*
in Phrygiā. Fābula est vēra.

*linden tree and oak tree

Ego ipse locum vīdī; nōn procul est stāgnum, terra
ōlim plēna virōrum, nunc undae plēnae piscium.






Hūc Iūppiter vēnit et Mercurius caducifer* cum patre
suō quoque vēnit. Deī fōrmam virōrum
simulāverant,* et in terrā Phrygiā ambulābant.

*carrier of the caduceus

*had assumed




Requiem in mīlle casīs rogābant, sed mīlle
casae erant clausae.



Tamen ūna parva casa erat aperta. Pia Baucis et senex
Philēmōn hīc habitābant; duo erant tōta domus.
Et servī et dominī erant duo.



Ubi dī parvam casam intrāvērunt, senex
Philēmōn deōs sedēre iussit; Baucis vīnum et
cibum (carnem et rādīcem et ōva) parāvit.



Mēnsam quoque parāvit, sed mēnsa plāna nōn erat; ūnum membrum nōn satis longum erat.

Testā* autem mēnsa plāna facta est.

*by means of a tile, a broken piece of pottery



Senēs advenīs benignī erant, et deīs
maiōrem partem cibī et vīnī dedērunt.

Third Declension

singular

plural

M.&F.

Neut.

M.&F.

Neut.

Nominative -- -en, -us

Genitive -is -is

Dative -ī -ī

Accusative -em -en, -us

Ablative -e -e

-ēs -a (-ia)

-um (-ium) -um (-ium)

-ibus -ibus

-ēs -a (-ia)

-ibus -ibus

pater, patris, m. *father*

arbor, arboris, f. *tree*

rēx, rēgis, m. *king*

Singular

Nominative	pater	arbor	rēx
Genitive	patris	arboris	rēgis
Dative	patrī	arborī	rēgī
Accusative	patrem	arborem	rēgem
Ablative	patre	arbore	rēge

Plural

Nominative	patrēs	arborēs	rēgēs
Genitive	patrum	arborum	rēgum
Dative	patribus	arboribus	rēgibus
Accusative	patrēs	arborēs	rēgēs
Ablative	patribus	arboribus	rēgibus

Third Declension

i-stem nouns

fīnis, fīnis, m. end
pars, partis, f. part

Singular

Nominative	fīnis	pars
Genitive	fīnis	partis
Dative	fīnī	partī
Accusative	fīnem	partem
Ablative	fīne	parte

Plural

Nominative	fīnēs	partēs
Genitive	fīnium	partium
Dative	fīnibus	partibus
Accusative	fīnēs	partēs
Ablative	fīnibus	partibus